

NOTE IN
Petrum de Andlo.

AD LIBRUM PRIMUM.

In Prefationem.



Ag. 1. Progressum) L. Florus Sextus Ruffus V. C. ad Valentinianum August. nostro sæculo Hubert. Golthius in Fastis.

Loci & urbis gloriam) Q. Fabius Pistor de origine urbis Romæ, M. Porcius Cato in originibus, Sextus Ruffus & Publ. Victor de regionibus urbis Romæ, Sext. Jul. Frontinus de aquæductibus urbis Rom. Idemque de Coloniis Pop. Rom. Rutil. Claud. Numatianus Itinerarii lib. 1. Nostro sæculo Andr. Fulv. Sabinus, M. Fab. Calvus, Bart. Martianus, Onuph. Panuinius, Georg. Fabricius, & alii.

Ad quos migravit.) Post invasiones illas repetitas Gothorum, Vandalorum, Longobardorum, & Francorum denique. Inclinantis Imperii historiam scripsit accuratè Fl. Blondus. Idem argumentum de migrationibus populorum Septentrionalium post devictos à C. Mario Cimbro, & de ruina Romani Imperii, eleganter tractavit N. Machiavellus lib. 1. Historiæ Florentinæ: quod opusculum extat Latinè, interprete Hieronymo Turlero.

De Imperiali Celsitudine.) Idem tamen argumentum tractaverunt, ante hunc Andlōum superiori ævo Dantes Aligerius, Æneas Sylvius: post eum, Bart. Chassaneus in gloria Mundi, Petr. Belluga in speculo Principum, Marius Coradus in Templo judicum, & Franc. Zoannetus libello peculiari de Romano Impero eiusque Jurisdictione.

Pag. 2. Aquibus olim Ecclesiæ salus.) Hinc est quod dicitur Can. in die 15. Distinct. 5. de consecrat. Teutonicis esse concessum regimen Romanæ Ecclesiæ, quod exponit Lupold. Bebenpurg. in lib. de jurib. Imperii, cap. 13. Cujus etiam extat liber singularis, de Zelo in Christiana religione veterum Principum Romanorum.

Germanorum fulgidis. nominis.) Hebræis Germania nota sub nomi-